



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sermo Martini Lutheri de praeparatione ad moriendu[m]

Luther, Martin

Lipsiæ, 1520

VD16 L 6500

Tertiodecimo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33397

ho p[ro]m[iss]io[n]e[m] m[er]it[um]
nat
h[ic] p[ro]m[iss]io[n]e[m] d[omi]n[us]

quilti me? Ecce, in hac imagine, gehenna tua deuicta est
& incerta p[re]destinatio tua, certissima est facta, adeo vt si
temet hac sola imagine occupaueris, & hæc credis pro
pter te facta esse, tum in eadem fide certissime saluaberis
tantummodo ne tibi ab oculis patiaris auferri. & vt tes
met in Christo dumtaxat quæras, n[on] in teipso. T[un]c eni
tete in ipso inuenies in æternū, cum in hunc modū con
templaris Ch[ri]m & omnes sanctos eius, tibiq[ue] placet dei
gratia, qui illos ita elegit, atq[ue] in eadem cōplacentia fir
miter perseueras, tunc & tu quoq[ue] electorū es vnus, pro
ut ipse dicit. Gen. xij. Benedicam benedicētibus tibi. Si
vero in ihs solis te firmo gradu n[on] tenueris, atq[ue] in teip
sum recideris, mox tibi fastidium nascetur ad deum &
sanctos ipsius, in te vero nihil boni inuenturus es. Hinc
tibi caueto. Huc enim malignus spiritus te multis im
peller astutijs.

¶ TERTIODECIMO. Hæ tres imagines siue impu
gnationes, p[re]figuratę sunt iudiciū. vij. cū Gedeon cū tres
centis viris Madianitas tribus in locis adortus noctu
est, cū tamen nihil aliud fecerit, q[ua]m q[ue] tubis sonitum ædi,
& lagenas illuminatas collidi mandauit, ita vt fugerent
hostes, ac mutua semetipsos cæde trūcarēt. Itidem fugā
ineunt mors, peccatū, & gehenna cū vniuersis viribus
suis, siquādo solius Christi & sanctor[um] eius luminosissis
mā in nobis imaginē versamus, idq[ue] noctu. id est, in fide,
de, quæ nec videt, nec videre potest sinistras imagines,
ad hoc cum diuini sermones ceu quædam buccinæ nos
animāt atq[ue] confortant. In hunc modū Esaias eandem
figurā. ix. cap. iucunde admodū inducit aduersus easdē
tres imagines, dicitq[ue] de Christo. Iugum oneris eius, &
virgā humeri eius, & sceptrū exactoris eius superasti sicut
in die Madian, s. quos Gedeon deuicit. Ac si diceret,
Peccatū populi tui (quod illi in sua cōsciētia iugum &
onus graue est) & mortē (quę instar virgę seu disciplinę
est, quæ humerū ipsius premar) & gehennā (quę ve

lut sceptrum & tyrannis est exactoris, qua sempiternū
pro pctis debitum exigit) superasti, quēadmodū acci-
dit in dieb⁹ Madian. id est, per fidem, per quam Gedeon
sine omni gladio hostes fugauit. ¶ Qñ id fecit? Cum
in cruce penderet. Tunc cñ semetipm apparauit, vt esset
triplex imago, nra proponēda fidei, aduersus tres ima-
gines, quib⁹ nos diabolus & nostra natura impugnans
do conant a fide submouere. Idem Christus est viuacis-
sima & immortalis imago, aduersus mortē, quā & ptu-
lit, & tñ sua ex mortuis resurrectione supauit in vita sua
Ipse est imago diuinæ gratiæ aduersus pctm, quod sibi
met imposuit ipse, & p inuictissimā obedientiā suam de-
bellauit. Ipse q̄q̄ est cœlestis imago, ipse inq̄, qui a deo
instar dānati derelict⁹, postq̄ per omnipotētē charitatē
suā deuicit infernū, ostēdit d lectissimū se filium esse, &
hoc ipm in possessionem pprii iuris nobis oibus con-
tulisse, modo fides nostra nihil hafitet.

¶ **Q VARTODECIMO.** Ex abūdātī, Christus non
solū in semetipso pctm, mortē, & gehennā deuicit, & eā
nobis victoriā vt credam⁹ pposuit. sed ad maiore cōso-
lationē, etiā ipsemet eas impugnationes q̄s in huiuscemōi
imaginib⁹ habemus, ptulit atq̄ superauit. Eque ipse ten-
tatus est imaginibus mortis. peccati, gehēnæ, sicut nos
Imago mortis pposita illi fuit, cum Iudei dicerēt, Des-
cēdat nūc de cruce. Alios saluos fecit, seipm saluū faciat.
Ac si dicerēt: Iamā mortē prauides, nihil vltra remedij
est, mori te oportebit. Perinde atq̄ diabol⁹ moriēti ho-
mini mortis effigiē obuersari facit, & terrificā imagina-
tione puidā concutit naturā. Pcti imaginē obiecerunt
illi, dicēdo: Alios saluos fecit. Si filius dei est, descendat
nunc de cruce &c. tanq̄ dicerēt. Opera eius falsa, ac me-
ra deceptiōes fuerūt. Nec est dei, sed diaboli fili⁹, cui &
in anima & in corpore addictus est, Neq̄ vnq̄ boni ali-
quid, sed omimodā iniquitatē operatus est. Sicut ergo
Iudei has tres effigies Chro adhibebāt inordinate & cō-

B ij

Immina mortis

Oia q̄ dicitur ab ipm

Imaginibus mortis